aut etc. 40, 139; de inv. I 42, 79 omnis argumentatio reprehenditur, si aut ex eis, quae sumpta sunt, non conceditur unum plurave aut ex his concessis complexio ex eis confici negatur, aut si genus ipsum argumentationis vitiosum ostenditur, aut si contra firmam argumentationem alia aeque firma aut firmior ponitur.

incidere entkräften de or. II 82, 336 inciditur enim omnis iam deliberatio, si intellegitur non posse fieri aut si necessitas affertur.

creditum 14, 49.

ingeniis den Erdichtungen der Sykophanten, die irgend ein crimen erdenken und dann einen andern desselben beschuldigen, also den Intriguen und Chikanen.

Die *argumentatio* oder das Beweisverfahren 13, 45—47.

13, 45 *quemadmodum — tractentur* ad Her. II 18, 27 ff. de inv. I 29, 44 ff. de or. II 41, 177.

argumenti explicatio die (richtige und zweckmässige) Darlegung, die formelle Entfaltung des materiell vorhandenen Beweises. de inv. I 40, 74 nam argumentatio nomine uno res duas significat, ideo quod et inventum aliquam in rem probabile aut necessarium argumentatio vocatur et *eius inventi artificiosa expolitio*.

qui sunt expositi 9, 34 ff.

conficienda die Führung des Beweises geht von den erwähnten sedes argumentorum aus, schöpft aus die-

distinguenda dilucide est. C. F. Plane istuc ipsum desidero. C. P.
46 Est ergo, ut supra dictum est, explicatio argumenti argumentatio, sed ea conficitur, cum sumpseris aut non dubia aut probabilia, ex quibus id efficias, quod aut dubium aut minus probabile per se videtur. Argumentandi autem duo sunt genera, quorum alterum ad fidem directo spectat, alterum se inflectit ad motum. Dirigitur, cum proposuit aliquid, quod probaret, sumpsitque ea, quibus niteretur, atque his confirmatis ad propositum se rettulit atque conclusit. Illa autem altera argumentatio quasi retro et contra prius

sen und muss dann (in Anschluss an diese Beweiskategorieen) formell richtig zu Stande gebracht (§ 46) und lichtvoll mit der nötigen Abwechselung (§ 47) gegliedert werden.

46 *supra* eben, hier wie sonst modo.

conficitur 21, 71 der Beweis kommt da ordentlich zu Stande, wo man unzweifelhaft richtige oder doch annehmbare Sätze zu Grunde legt, um aus ihnen das was an sich zweifelhaft ist oder doch keine volle Zustimmung findet, zu bekräftigen. Es ist das eine Art von oratorischem Inductionsbeweis (oder von sokratischem Beweis) de inv. I 31, 51 ff inductio est oratio quae rebus non dubiis captat adsensiones eius, quicum instituta est, quibus adsensionibus facit, ut illi dubia quaedam res propter similitudinem earum rerum, quibus adsensit, probetur.

efficias um daraus das quod dubium per se videtur nun als non dubium zu folgern; denn ‚cum rebus non dubiis adsensum est, factum est — ut etiam illud, quod dubium videretur — id pro certo — concederetur‘ de inv. I 31, 52.

duo das Beweisverfahren ist entweder analytisch oder synthetisch; beim ersteren, dem analytischen Verfahren, wird gleich der allgemeine zu beweisende Satz hingestellt, dann die besonderen Gründe, auf denen er beruhet, herbeigeholt und mittels der Schlussfolgerung zu dem aufgestellten, nunmehr bewiesenen Satz zurückgekehrt; beim andern, dem synthetischen Verfahren, steigt man umgekehrt von unten nach oben, von den besondern Gründen aus zu dem allgemeinen Satz, der erst am Schluss als Ergebnis aufgeführt wird.

ad fidem 2, 5 — der analytische Beweis richtet sich geradezu unmittelbar an den Verstand, stellt logisch richtig den Satz auf und sucht ihn syllogistisch zu begründen.

directo 37, 130; dagegen 7, 24 directe.

se inflectit etc. im Gegensatz von directo, verlässt die gerade Richtung und biegt ein, um auf das Gemüt zu wirken (2, 5).

dirigitur — das Beweisverfahren schreitet in gerader Richtung ohne Einbiegung vorwärts.

proposuit da, wo man mit der propositio beginnt, ‚per quam ostendimus *summatim*, quid sit, quod probare volumus‘ ad Her. II 18, 28. de inv. I 34, 58 ff wo das Verfahren, die eigentliche ratiocinatio nach Aristoteles (de inv. I 35, 61) ausführlich beschrieben wird: ‚aiunt primum convenire exponere summam argumentationis‘ — hanc primam partem (sc. ratiocinationis) numerant; eam deinceps rationibus variis et quam copiosissimis verbis *approbari* putant oportere‘.

ea quibus niteretur die approbationes.

ad propositum etc. mittels der complexio, ‚per quam id quod conficitur ex omni argumentatione breviter exponitur‘ de inv. I 37, 67.

quasi wegen des Vergleichs mit einem Weg: man schlägt umgekehrt einen Weg ein, der gleichsam rückwärts zum Ausgangspunkt (der propositio) zurückführt.

prius zuvor d. h. ehe der zu beweisende Satz (die summa argumentationis) aufgestellt ist.

sumit quae vult eaque confirmat, deinde id, quod proponendum
fuit, permotis animis iacit ad extremum. Est etiam illa varietas 47
in argumentando et non iniucunda distinctio, ut, cum interrogamus nosmet ipsos aut percontamur aut imperamus aut optamus, quae sunt cum aliis compluribus sententiarum ornamenta. Vitare autem similitudinem poterimus, non semper a proposito ordientes; et si non omnia disputando confirmabimus breviterque interdum, quae erunt satis aperta, ponemus; quodque ex his efficietur, si id apertum sit, non habebimus necesse semper concludere.

C. F. Quid, illa, quae sine arte appellantur, quae [iam] du- 14, 48
dum adsumpta dixisti, ecquonam modo artis indigent? C. P. Illa vero indigent, nec eo dicuntur sine arte, quod ita sunt, sed quod ea non parit oratoris ars, sed foris ad se delata tamen arte tractat,

---

sumit etc. bringt die gewälten Beweispunkte vor de inv. I 42, 79; 47, 87 ex eis quae sumuntur.

quod etc. was eigentlich als das zu erreichende Ziel zuvor hätte angegeben werden müssen de or. II 41, 177 proponi oportet quid adferas et quare id sit ostendere.

permotis animis nachdem bei den einzelnen Punkten die erforderliche Einwirkung auf die Gemüter Statt gefunden hat.

iacit etc. verweist ans Ende.

47 *varietas* de or. II 41, 177 tractatio autem (sc. locorum) varia esse debet, ne aut cognoscat artem qui audiat aut defatigetur similitudinis satietate. de inv. I 41, 76 variare autem orationem magno opere oportebit, nam omnibus in rebus similitudo est satietatis mater.

cum interrogamus etc. Die oratorische Selbstfrage und die Anfrage an den Gegner, um gleichsam Auskunft von ihm zu erlangen, werden de or. III 53, 203 (rogatio atque huic finitima percontatio) und Or. 39, 137 (ut interrogando urgeat, ut rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat) ausdrücklich unter der Zal der ornamenta oder lumina sententiarum aufgeführt. ad Her. IV 23, 33 cum interrogamus adversarios aut quaerimus ipsi a nobis, quid ab illis aut contra nos dici possit.

aut imperamus Mannigfaltigkeit und Abwechselung in der Form des oratorischen Beweises wird auch dadurch erzielt, dass man den Gegner ausdrücklich zu etwas auffordert, durch dessen Befolgung eben unsere Sache bekräftigt würde. Unter den rhetorischen Figuren (den lumina sententiarum) entspräche dem etwa die obsecratio.

aut optamus de or. III 53, 205 optatio. Or. 39, 138 ut optet.

sententiarum ornamenta 6, 19; 21, 73 die σχήματα διανοίας (oder διανοιῶν) im Gegensatz der lumina verborum (21, 72).

similitudinem Einförmigkeit.

non semper etc. de inv. I 41, 76 in ipsa argumentatione non semper a propositione incipere. de or. II 41, 177 saepe non proponere ac ratione ipsa adferenda quid proponendum fuerit declarare.

concludere förmlich und ausdrücklich aus dem Obersatz und der subsumptio den Schlusssatz ziehen de or. II 41, 177 ex eisdem illis locis interdum concludere, relinquere alias, alioque transire.

2) die *argumenta adsumpta* (*πίστεις ἄτεχνοι*) 14, 48—51.

14, 48 [*iam*] *dudum* schon vorhin de or. I 47, 206, gewöhnlich ohne iam de or. II 65, 262; III 58, 217. Brut. 36, 138; 72, 252.

adsumpta 2, 5. Top. 4, 24 quae adsumuntur extrinsecus.

ecquonam modo — denn da sie eben *ἄτεχνοι* sine arte sind, so scheint es auf den ersten Blick nullam etiam artem esse eorum, dass sie sich einer methodischen Behandlung entziehen.

49 et maxime in testibus. Nam et de toto genere testium quam id sit infirmum saepe dicendum est, et argumenta rerum esse propria, testimonia voluntatum; utendumque est exemplis, quibus testibus creditum non sit; et de singulis testibus, si natura vani, si leves, si cum ignominia, si spe, si metu, si iracundia, si misericordia impulsi, si praemio, si gratia adducti; comparandique superiore cum
50 auctoritate testium, quibus tamen creditum non sit. Saepe etiam quaestionibus resistendum est, quod et dolorem fugientes multi in tormentis ementiti persaepe sunt morique maluerunt falsum fatendo quam infitiando dolere; multi etiam suam vitam neglexerunt, ut eos, qui his cariores, quam ipsi sibi essent, liberarent; alii autem aut natura corporis aut consuetudine dolendi aut metu supplicii ac mortis vim tormentorum pertulerunt; alii ementiti sunt in
51 eos, quos oderant. Atque haec exemplis firmanda sunt. Neque est obscurum, quin, quoniam in utramque partem sunt exempla et item ad coniecturam faciendam loci, in contrariis contraria sumenda sint. Atque etiam incurrit alia quaedam in testibus et in quaestionibus ratio: saepe enim ea, quae dicta sunt, si aut ambi-

49 *de toto genere testium* 34, 117 (Aristot. rhet. I 15 (p. 59 Sp.) *διαλύοι τις τἀληθῆ λέγων καθ' ὅλου τοῦ γένους βασάνων*) ad Her. II 6, 9.

rerum und also um dieses ihres objectiven Charakters willen viel gewichtiger, als die von Stimmungen und Tendenzen abhängigen subjectiven Zeugenaussagen.

superiore mit dem weit überwiegenden Ansehn solcher Zeugen, denen dennoch nicht geglaubt worden ist.

50 *quaestionibus* 2, 6; 34, 118 den peinlichen Untersuchungen ad Her. II 7, 10; de or. II 27, 116.

dolorem ad Her. l. l. quod cum dixerit, intellegat sibi finem doloris futurum.

morique haben trotz der Aussicht auf die ihnen im Fall des Geständnisses bevorstehende Todesstrafe lieber etwas ausgesagt, was sie nicht begangen haben (falsum fatendo), als durch fortgesetzte Leugnung ihrer Schuld und Behauptung ihrer Unschuld die Folterqualen erdulden wollen Aristot. rhet. I 15 (p. 59 Spgl) *οὐδὲν γὰρ ἧττον ἀναγκαζόμενοι τὰ ψευδῆ λέγουσιν ἢ τἀληθῆ καὶ διακαρτεροῦντες μὴ λέγειν τἀληθῆ καὶ ῥᾳδίως καταψευδόμενοι ὡς παυσόμενοι θᾶττον.*

suam das eigene Leben.

liberarent durch ein falsches Geständnis.

51 *quin* F. Schultz lat. Sprachlehre § 352 Anm. 3.

in utramque partem es gibt Beispiele sowol pro als contra, sowol für die Licht- als für die Schattenseiten und ebenso sind die Beweiskategorieen für den status coniecturalis behufs Feststellung des Thatbestands als solchen nach beiden Seiten gerichtet und also auch pro und contra anzuwenden. Or. 14, 46 idemque (sc. Aristoteles) locos (sic enim appellat) quasi argumentorum notas tradidit, unde omnis *in utramque partem* traheretur oratio. de or. II 53, 215 iam illud perspicuum est, omnium rerum *in contrarias partes* facultatem *ex eisdem suppeditari locis.*

in contrariis etc. de or. II 43, 182 itaque eadem sunt in adversarios *ex contrario* conferenda.

atque etiam — wie Cic. noch nachträglich bemerkt.

quae dicta sunt sc. a testibus und in quaestionibus von den gefolterten (Zeugenaussagen und Foltergeständnisse).

gue aut inconstanter aut incredibiliter dicta sunt aut etiam aliter ab alio dicta, subtiliter reprehenduntur.

C. F. Extrema tibi restat pars orationis, quae posita in per- **15**, 52
orando est, de qua sane velim audire. C. P. Facilior est explicatio perorationis. Nam est divisa in duas partes, amplificationem et enumerationem. Augendi autem et hic est proprius locus in perorando, et in cursu ipso orationis declinationes ad amplificandum dantur, confirmata re aliqua aut reprehensa. Est igitur amplifi- 53
catio gravior quaedam adfirmatio, quae motu animorum conciliet in dicendo fidem. Ea et verborum genere conficitur et rerum. Verba ponenda sunt, quae vim habeant illustrandi nec ab usu sint abhorrentia, gravia, plena, sonantia; iuncta, facta, cognominata;

subtiliter finden ihre sorgfältige und gründliche Widerlegung.

IV. Die *peroratio* 15, 52—17, 60.

15, 52 *in perorando* 1, 4; ad Her. II 30, 47 ff. de inv. I 52, 98 ff. de or. I 31, 143.

in duas beim auct. ad Her. l. l. in drei: enumeratio, amplificatio und commiseratio, gleichfalls in drei bei Cic. de inv. l. l. enumeratio, indignatio, conquestio.

augendi — als der eigentümlichen Aufgabe der amplificatio 8, 27; de or. I 31, 143. Or. 36, 125 alteram (sc. partem pono) in augendis amplificandisque rebus, quae ab eisdem (sc. Graecis) αὔξησις est nominata.

hic de or. II 81, 332 omniaque cum superioribus orationis locis tum maxime *extremo* ad mentes iudicum quam maxime permovendas — conferenda sunt III 27, 105. Or. 35, 122.

in cursu ipso 8, 27 da, wo die Rede mitten im vollen Zug ist.

declinationes παρεκβάσεις 4, 14; de or. II 77, 311 quamquam maxime proprius est locus (commovendo) et in exordiendo et in perorando, *digredi* tamen ab eo quod proposueris et agas permovendorum animorum causa saepe utile est. Or. 36, 127 quod et inter media argumenta faciendum est, quotiescunque dabitur vel amplificandi vel minuendi locus et paene infinite in perorando; bei dieser digressio kamen denn hauptsächlich die loci communes zur Anwendung Brut. 21, 82.

confirmata 8, 27; de or. II 77, 312 itaque vel re narrata et exposita saepe datur ad commovendos animos digrediendi locus vel argumentis nostris confirmatis vel contrariis refutatis vel utroque loco vel omnibus, si habet eam causa dignitatem atque copiam, recte id fieri potest; eaeque causae sunt ad agendum et ad ornandum gravissimae atque plenissimae, quae plurimos exitus dant ad eiusmodi digressionem, ut eis locis uti liceat, quibus animorum impetus eorum, qui audiunt, aut impellantur aut reflectantur.

1) die *amplificatio* 15, 53—17, 58.

53 *motu animorum* im Gegensatz zu argumentis (fides 3, 8).

conficitur 13, 46.

illustrandi die der Rede Glanz zu verleihen im Stande sind de or. III 38, 152, also besonders Figuren, Tropen, überhaupt die lumina verborum.

nec und dabei doch nicht 6, 20.

gravia die drei ersten Ausdrücke beziehen sich auf den natürlichen Laut und Klang der verba illustria; die weiteren auf die verba *tractatione* distincta 6, 17. de or. III 37, 150.

plena volltönend, im Gegensatz von exilia.

sonantia 5, 17 wol tönend, melodisch de or. III 37, 150 lectis atque illustribus utatur, in quibus *plenum* quiddam et *sonans* inesse videatur.

iuncta durch Zusammensetzung gebildet de or. III 38, 154.

facta 21, 72 neu gebildet de or. III 37, 149 quae novamus et facimus ipsi.

cognominata synonymische Ausdrücke.

non vulgata, superlata, in primisque translata; nec in singulis verbis, sed in continentibus, soluta, quae dicuntur sine coniunctione,
54 ut plura videantur. Augent etiam relata verba, iterata, duplicata et ea, quae ascendunt gradatim ab humilioribus [verbis] ad superiora, omninoque semper est quasi naturalis et non explanata oratio, sed gravibus referta verbis ad augendum accommodatior. Haec igitur in verbis, quibus actio vocis, vultus et gestus congruens et apta ad animos permovendos accommodanda est. Sed et in verbis et in actione causa erit ponderanda et pro re agendum. Nam haec quia videntur perabsurda, cum graviora sunt, quam
16, 55 causa fert, diligenter quid quamque deceat iudicandum est. Rerum amplificatio sumitur eisdem ex locis omnibus, quibus illa, quae dicta sunt ad fidem: maximeque definitiones valent conglobatae et consequentium frequentatio et contrariarum et dissimi-

non vulgata — nun folgen wieder drei Arten, die sich gleichfalls noch auf verba singula beziehen: non vulgata d. h. nicht gar zu gewöhnliche, sondern lecta.

superlata ist der steigernde positive Ausdruck: schwungvolle Ausdrücke (Hyperbeln) 6, 20.

translata metaphorische Ausdrücke 6, 20.

nec ferner nicht.

in continentibus wo Worte sich an einander reihen (5, 16); in dieser Beziehung empfiehlt Cic. hier die Anwendung des Asyndeton 6, 21.

ut plura videantur — weil eins ans andere sich drängt ‚ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν'.

54 *augent etiam* — die eigentlichen (oratorischen) lumina verborum de or. III 54, 206 f. Or. 39, 135.

relata verba 21, 72 die nach den Gesetzen des oratorischen Parallelismus und der Concinnität in gegenseitige Beziehung gestellten Ausdrücke ‚ut paria paribus et similia similibus saepe referantur', also die ἰσόκωλα, πάρισα u. s. w. und besonders die oratorischen Antithesen de or. II 65, 263; Or. 49, 164.

iterata, duplicata 5, 20; Or. 39, 135 cum aut duplicantur iteranturque verba, also die Anapher und die Antistrophe, die eiusdem verbi repetitio und die geminatio oder duplicatio de or. III 54, 206. ad Her. IV 13, 19; 28, 38.

gradatim mittels der oratorischen gradatio oder κλῖμαξ de or. l. l. 207 est etiam gradatio quaedam ad Her. IV 25, 34.

quasi naturalis zur peroratio (amplificatio) passt eher eine Rede, die einem Wald mit den mächtigen, von selbst erwachsenden und hochaufstrebenden Bäumen oder einem Wege gleicht, der über Berg und Thal, über Bäche und Flüsse führt, als eine Rede, die einer gebahnten Strasse gleicht, auf der alles einförmig glatt und geebnet ist.

actio 7, 25, der elocutio muss die actio entsprechen.

causa etc. 36, 128 ob sie auch ein solches Pathos vertragen könne (si habet eam causa dignitatem atque copiam de or. II 77, 312); denn sonst macht man sich lächerlich, wenn man z. B. in causa parvula auf hohem tragischen Kothurn einhergeht de or. II 51, 205. Or. 21, 72 quam enim indecorum est, de stillicidiis cum apud unum iudicem dicas, amplissimis verbis et locis uti communibus, de maiestate populi Romani summisse et subtiliter.

quid — deceat Or. 21, 70 ut enim in vita, sic in oratione nihil est difficilius quam *quid deceat* videre; πρέπον appellant hoc Graeci, nos dicamus sane decorum.

16, 55 *ad fidem* 9, 33—12, 44 hinsichtlich der Beweisführung.

consequentium Top. 12, 53 ea enim dico consequentia, quae rem necessario consequuntur.

contrariarum 2, 7.

lium et inter se pugnantium rerum conflictio et causae et ea, quae
sunt orta de causis, maximeque similitudines et exempla; fictae
etiam personae, muta denique loquantur, omninoque ea sunt adhi-
benda, si causa patitur, quae habentur magna, quorum est duplex
genus. Alia enim natura magna videntur, alia usu: natura, ut 56
caelestia, ut divina, ut ea, quorum obscurae causae, ut, in terris
mundoque admirabilia quae sunt, ex quibus similibusque, si atten-
das, ad augendum permulta suppetunt; usu, quae videntur homi-
nibus aut prodesse aut obesse vehementius, quorum sunt genera
ad amplificandum tria. Nam aut caritate moventur homines, ut
deorum, ut patriae, ut parentum; aut amore, ut fratrum, ut con-
iugum, ut liberorum, ut familiarium; aut honestate, ut virtutum
maximeque earum, quae ad communionem hominum et liberalita-
tem valent. Ex his et cohortationes sumuntur ad ea retinenda, et
in eos, a quibus ea violata sunt, odia incitantur, et miseratio nasci-
tur. Proprius locus est augendi in his rebus aut amissis aut amit- 17, 57
tendi periculo; nihil est enim tam miserabile quam ex beato mi-
ser. Et hoc totum quidem moveat, si qua ex fortuna quis cadat,
et, a quorum caritate divellatur, quae amittat aut amiserit, in qui-
bus malis sit futurusve sit, exprimatur breviter. Cito enim arescit
lacrima, praesertim in alienis malis. Nec quidquam in amplifica-
tione nimis enucleandum est, minuta est enim omnis diligentia;
hic autem locus grandia requirit. Illud iam est iudicii, quo 58
quaque in causa genere utamur augendi. In illis enim causis, quae
ad delectationem exornantur, ei loci tractandi sunt, qui movere

similitudines analoge Fälle.

fictae personae mittels der πϱοσωποποιΐα Or. 25, 85 non faciet rem publicam loquentem nec ab inferis mortuos excitabit de or. I 57, 245.

muta Top. 10, 45 in hoc genere oratoribus — concessum est, ut muta etiam loquantur, ut mortui ab inferis excitentur.

si causa patitur 15, 54; 22, 74 si res patietur.

56 *natura* das physisch- und metaphysisch-grosse und erhabene, *usu* das ethisch-hohe und wichtige.

caelestia Sonne, Mond und Sterne, siderumque motus.

divina die omina, Weissagungen, Orakel.

obscurae causae die Wunder.

caritate 25, 88; de or. II 51, 206 ‚Verehrung‘.

honestate sittliche Wertschätzung.

maximeque etc. de off. I 7, 20 latissime patet ea ratio, qua societas hominum inter ipsos et vitae quasi communitas continetur; cuius partes duae sunt, die iustitia und liberalitas.

miseratio — die also hier mit unter die amplificatio gerechnet wird.

17, 57 *miserabile* ad Her. II 31, 50 misericordia commovebitur auditoribus, si variam fortunarum commutationem dicemus.

breviter ad Her. l. l. commiserationem brevem esse oportet, nihil enim citius lacrima arescit de inv. I 56 diutius in conquestione morari non oportebit; quemadmodum enim dixit rhetor Apollonius, lacrima nihil citius arescit.

nimis enucleandum — mit allzugrosser Akribie und Nüchternheit behandeln, gleichsam bis ins kleinste Detail secieren.

diligentia hier: Detaillierung.

58 *iudicii* 3, 8; de or. II 41, 175; 81, 330 sed quando utendum sit aut non sit narratione, id est consilii.

ad delectationem 3, 10; 20, 69 — also im genus demonstrativum.

possunt exspectationem, admirationem, voluptatem; in cohortationibus autem bonorum ac malorum enumerationes et exempla valent plurimum. In iudiciis accusatori fere quae ad iracundiam, reo plerumque quae ad misericordiam pertinent; nonnumquam tamen accusator misericordiam movere debet et defensor iracun-
59 diam. Enumeratio reliqua est, nonnumquam laudatori, suasori non saepe, accusatori saepius quam reo necessaria. Huius ipsa tempora duo sunt, si aut memoriae diffidas eorum, apud quos agas, vel intervallo temporis vel longitudine orationis, aut frequentatis firmamentis orationis et breviter expositis vim est habitura causa
60 maiorem. Et reo rarius utendum est, quod ponenda sunt contraria, quorum dissolutio in brevitate non lucebit, aculei pungent. Sed erit in enumeratione vitandum, ne ostentatio memoriae suscepta videatur esse puerilis. Id effugiet qui non omnia minima repetet, sed brevi singula attingens pondera rerum ipsa comprehendet.

18, 61 C. F. Quoniam et de ipso oratore et de oratione dixisti, expone eum mihi nunc, quem ex tribus extremum proposuisti, quae-

in cohortationibus — im genus deliberativum.

accusatori 4, 14.

reo 5, 15.

2) die *enumeratio* 17, 59 und 60.

59 *enumeratio* (*συλλογή* oder *ἀνακεφαλαίωσις* Recapitulation) ad Her. II 30, 47 per quam colligimus et commonemus, quibus de rebus verba fecerimus, breviter, ut renovetur, non redintegretur oratio; de inv. I 52, 98 ff; 29, 45.

nonnumquam — wo es eben des Effectes wegen sich empfiehlt, die einzelnen Strahlen in der betreffenden Lobpreisung nochmals wie in éinen Brennpunkt zu sammeln.

non saepe — im genus deliberativum, wo in der Regel ein jeder Punkt einzeln und für sich in die Wagschale gelegt wird oder auch die Erörterungen rascher und kürzer zu sein pflegen.

quam reo insofern sich dieser an die von accusator schon hervorgehobenen einzelnen Punkte anzuschliessen hat.

ipsa tempora es sind eigentlich zwei Momente, wo sie am Platz ist.

frequentatis dadurch dass die Beweispunkte, wie in der enumeratio geschieht, dicht neben einander gestellt werden, ‚per quam res disperse et diffuse dictae unum in locum coguntur de inv. I 52, 98.

habitura est zu erwarten ist, dass sie bekommt.

60 *ponenda* etc. Der Angeklagte muss die Gegenpunkte d. h. was gegen ihn ist, anführen, die Widerlegung derselben — denn confutatio est *contrariorum locorum dissolutio* ad Her. I 3, 4 — wird aber bei der Kürze der enumeratio sicher eben kein Licht empfangen, während die dicht neben einander gestellten Spitzen (wie es durch die enumeratio geschieht) offenbar verletzend wirken; das soll aber der reus gerade vermeiden 5, 15.

sed etc. de inv. I 52, 100 commune autem praeceptum hoc datur ad enumerationem, ut ex una quaque argumentatione, quoniam tota iterum dici non potest, id eligatur, quod erit gravissimum et unum quidque quam brevissime transeatur, ut memoria, non oratio renovata videatur.

pondera rerum ipsa lediglich die eigentlichen Hauptsachen, die gewichtigsten Gründe; de or. II 17, 72 omnium sententiarum gravitate, omnium *verborum ponderibus* est utendum.

C. Die *quaestio* 18, 61—39, 138.

18, 61 *extremum* 1, 3.

proposuisti 4, 11 als zu lösende

stionis locum. C. P. Duo sunt, ut initio dixi, quaestionum genera,
quorum alterum finitum temporibus et personis causam appello,
alterum infinitum nullis neque personis neque temporibus notatum
propositum voco. Sed est propositum quasi latior pars causae
quaedam et controversiae; inest enim infinitum in definito et ad
illud tamen referuntur omnia. Quamobrem prius de proposito 62
dicamus: cuius genera sunt duo, cognitionis alterum; eius scien-
tia est finis, ut, verine sint sensus: alterum actionis; quod refertur
ad efficiendum quid, ut, si quaeratur quibus officiis amicitia co-
lenda sit. Rursus superioris genera sunt tria: sit necne, quid
sit, quale sit. Sit necne, ut ius in natura sit an in more; quid au-
tem sit, sic: sitne ius id, quod maiori parti sit utile; quale autem

Aufgabe oder als zu besprechender Teil, wie ad fam. XV 15, 6 extremum illud est de eis, quae proposueram, confirmatio nostrae amicitiae; de qua pluribus verbis nihil opus est. Durch das simplex *posuisti* würde einfach nur die Aufstellung der quaestio als des dritten Hauptpunktes bezeichnet de or. II 10, 41; Brut. 60, 208; 43, 161.

initio 1, 4.

notatum 30, 106; de or. II 15, 66 de eis controversiis, quae temporibus et personis notatae sunt; I 31, 138; III 38, 108.

propositum die θέσις 1, 4.

quasi latior pars Top. 21, 80 propositum pars est causae; die quaestio infinita sine designatione personarum et temporum (de or. I 31, 138) ist insofern eine Art Erweiterung oder Verallgemeinerung der θέσις, des concreten Falls, an einer bestimmten Stelle, als eben der besondere Fall wo möglich auf eine allgemeinere, diesen mitumfassende Frage zurückzuführen ist 30, 106. Or. 14, 45 a propriis personis et temporibus semper si potest avocat controversiam; *latius* enim de genere quam de *parte* disceptare licet. de or. II 31, 133 f omnes controversias ad universi generis vim et naturam referri. Brut. 93, 322.

et controversiae ist absichtlich hinzugefügt, um hier gleich den Charakter der causa (der ὑπόθεσις) im Gegensatz zum propositum (der θέσις) mit éinem Wort zu bezeichnen als den einzelnen Streitpunkt, um den es sich besonders handelt, de or. III 28, 109 atque horum superius illud causam aut *controversiam* appellant II 31, 133; Or. 14, 45.

inest etc. 3, 9 denn wenn man von der besonderen Person und den besonderen Umständen absieht, hat man den allgemeinen Fall de or. II 31, 134 nihil pertinet ad oratoris locos Opimii persona, — de ipso enim universo genere infinita quaestio est.

ad illud d. h. ad infinitum.

tamen jedenfalls, de or. II 31, 134 nulla denique causa est, in qua id quod in iudicium venit reorum personis, ac non generum ipsorum universa dubitatione quaeratur III 29, 111.

I. Das *propositum*, die θέσις 18, 62—20, 68.

62 *genera* etc. Top. 21, 81 ff quaestionum autem, quacunque de re sunt duo genera sunt, unum *cognitionis* (theoretische Fragen der Erkenntnis), alterum *actionis* (praktische, ethische Fragen) de or. III 29, 111 ff.

sensus das mittels der Sinne Wahrgenommene — ein bekannter Streitpunkt unter den Philosophen.

sit necne — coniectura de or. III 29, 113. Top. 21, 82.

ut ius etc. de or. III 29, 114 naturane sit ius inter homines, an opinionibus. Top. 21, 82 ut si quaeratur a naturane ius profectum sit an ab aliqua quasi conditione hominum et pactione. de leg. I 6, 20 ff.

quid — die definitio de or. III 29, 115 idne sit ius, quod maximae parti sit utile. Top. 21, 82.

quale von Cic. de or. III 29, 113 mit consecutio bezeichnet, die ποιότης, quaestio generalis. Top. 21, 82 iuris et iniuriae distinctio.

63 sit, sic: iuste vivere sit necne utile. Actionis autem duo sunt genera: unum, ad persequendum aliquid aut declinandum, ut, quibus rebus adipisci gloriam possis aut quomodo invidia vitetur; alterum, quod ad aliquod commodum usumque refertur, ut, quemadmodum sit res publica administranda aut quemadmodum in pau-
64 pertate vivendum. Rursus autem ex cognitionis consultatione, ubi sit necne sit aut fuerit futurumve sit quaeritur, unum genus est quaestionis, possitne aliquid effici, ut cum quaeritur ecquisnam perfecte sapiens esse possit; alterum, quemadmodum quidque fiat, ut quonam pacto virtus pariatur, naturane an ratione an usu? Cuius generis sunt omnes, in quibus, ut in obscuris naturalibusque
19, 65 quaestionibus, causae rationesque rerum explicantur. Illius autem generis, in quo quid sit id, de quo agitur, quaeritur, duo sunt genera: quorum in altero disputandum est aliud an idem sit, ut pertinacia et perseverantia; in altero autem descriptio generis alicuius et quasi imago est exprimenda, ut qualis sit avarus aut

iuste δικαίως — ,tugendhaft' de off. III 3, 11 cui quidem (sc. Socrati) ita sunt Stoici adsensi, ut et quidquid honestum esset id utile esse censerent nec utile quidquam quod non honestum.

63 *actionis* de or. III 30, 118. Top. 22, 86.

duo sunt genera 19, 67 Von den beiden Arten der allgemeinen praktisch-ethischen Fragen bezieht sich die eine auf Vorschriften ethischer Natur (praecipiendi genus, quod ad rationem officii pertinet), die andere auf Rathschläge und Grundsätze für das (politische oder sittliche) Verhalten in verschiedenen Lebenslagen (ad motum animi vel gignendum, vel sedandum, planeve tollendum).

ad aliquod commodum usumque — bezieht sich auf irgend einen praktisch-vorteilhaften und zweckmässigen Vorschlag.

64 *rursus* zu der coniectura (18, 62) werden hier gerechnet die beiden Kategorieen a) der Möglichkeit oder Erreichbarkeit und b) der Causalität (quae sit origo cuiusque rei).

alterum Top. 21, 82 unde autem sit ortum, ut cum quaeritur, natura an doctrina possit effici virtus.

naturane etc. φύσει, an *ratione* ob die Tugend ein Wissen, ἐπιστήμη und folglich zu erlernen sei, an usu oder endlich, ob sie bloss auf praktischer Uebung μελέτη beruhe, — eine oft ventilierte Frage.

obscuris naturalibusque — bei den schwierigen philosophischen Problemen, besonders bei den tieferen Fragen aus dem Gebiet der Physik und Metaphysik.

causae Top. 23, 87 ad coniecturam igitur maxime apta, quae ex causis, quae ex effectis, quae ex coniunctis sumi possunt.

19, 65 *in altero* etc. Zur definitio werden hier gerechnet die Kategorieen: a) περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑτέρου, die Erörterung verwandter Begriffe als identisch oder unterschieden cum idemne sit an aliquid intersit quaeritur de or. III 29, 117 und b) die Charakterisierung.

ut pertinacia Top. 23, 87 atque huic generi (sc. definitionis) finitimum est illud, quod appellari de eodem et alio diximus (22, 86), quod genus forma quaedam definitionis est; si enim quaeratur idemne sit pertinacia et perseverantia, definitionibus iudicandum est. de inv. II 54, 165.

descriptio 12, 41; Top. 22, 83 descriptio, qualis sit avarus, qualis sit adsentator ceteraque eiusdem generis, in quibus natura et vita describitur. de or. III 29, 115.

qui sit superbus. Tertio autem in genere, in quo quale sit quaeritur, aut de honestate aut de utilitate aut de aequitate dicendum est. 66
De honestate sic, ut: Honestumne sit pro amico periculum aut invidiam subire. De utilitate autem sic, ut: Sitne utile in re publica administranda versari. De aequitate vero sic, ut: Sitne aequum amicos cognatis anteferre. Atque in hoc eodem genere, in quo quale sit quaeritur, exoritur aliud quoddam disputandi genus. Non enim simpliciter solum quaeritur quid honestum sit, quid utile, quid aequum, sed etiam ex comparatione quid honestius, quid utilius, quid aequius, atque etiam quid honestissimum, quid utilissimum, quid aequissimum, cuius generis illa sunt: quae praestantissima sit dignitas vitae. Atque ea quidem, quae dixi, cognitionis sunt omnia. Restant actionis: cuius alterum est praecipiendi 67
genus, quod ad rationem officii pertinet, ut quemadmodum colendi sint parentes; alterum autem ad sedandos animos et oratione sanandos, ut in consolandis maeroribus, ut in iracundia comprimenda aut in timore tollendo aut in cupiditate minuenda. Cui quidem generi contrarium est disputandi genus ad eosdem illos animi motus, quod in amplificanda oratione saepe faciendum est, vel gignendos vel concitandos. Atque haec fere est partitio consultationum.
C. F. Cognovi, sed quae ratio sit in his inveniendi et disponendi 20, 68
requiro. C. P. Quid, tu aliamne censes et non eandem, quae exposita est, ut ex eisdem locis ad fidem et ad inveniendum ducantur omnia? Collocandi autem quae est exposita in aliis ratio, eadem huc transferetur.

qui sit superbus Schultz lat. Sprachlehre § 88. Anm.

66 *quale* Hinsichtlich der Beschaffenheit einer Handlung kommen zunächst die drei Kategorieen der Sittlichkeit, der Nützlichkeit und der Billigkeit in Betracht Top. 22, 84 de expetendo fugiendoque, de aequo et iniquo, de honesto et turpi. de or. III 29, 116.

simpliciter im Positiv.

sed etiam im Komparativ Aristot. rhet. I 7 (p. 26 Spgl) περὶ τοῦ μείζονος ἀγαθοῦ καὶ τοῦ μᾶλλον συμφέροντος; de maiore et minore Top. 22, 85; de or. III 29, 117.

atque etiam und drittens auch im Superlativ, in diese Kategorie gehörten die (besonders von den griechischen Philosophenschulen) oft behandelten Fragen: „worin die absoluthöchste Würde des Lebens bestehe?"

67 *actionis* de or. III 30, 118 quae vero referuntur ad agendum aut *in officii disceptatione* versantur, quo in genere quid rectum faciendumque sit quaeritur, cui loco omnis virtutum et vitiorum est silva subiecta, aut in *animorum* aliqua *permotione* aut gignenda aut sedanda tollendave tractantur. Top. 22, 86.

ad sedandos 3, 9; Top. l. l. quo ex genere sunt querellae — rursusque oratio tum iracundiam restinguens, tum metum eripiens, tum exsultantem laetitiam comprimens, tum aegritudinem abstergens.

in amplificanda 15, 52 ff.

consultationum 1, 4 mit Nachdruck ans Ende gestellt, im Gegensatz von causarum.

20, 68 *aliamne* die Topik für die Beweisführung (ad fidem 2, 5; 3, 8; 4, 13) ist dieselbe, wie für die Auffindung überhaupt, und die dort (9, 33 ff) angeführten τόποι (loci) gelten auch hier.

collocandi 3, 9 ff.

C. F. Cognita igitur omni distributione propositorum, causa-
69 rum genera restant. C. P. Admodum. Et earum quidem forma
duplex est: quarum altera delectationem sectatur aurium; alterius,
ut obtineat, probet et efficiat quod agit, omnis est suscepta conten-
tio. Itaque illud superius exornatio dicitur; quod cum latum ge-
nus esse potest saneque varium, unum ex eo delegimus, quod ad
laudandos claros viros suscipimus et ad improbos vituperandos.
Genus enim nullum est orationis, quod aut uberius ad dicendum
aut utilius civitatibus esse possit aut in quo magis orator in cogni-
tione virtutum vitiorumque versetur. Reliquum autem genus cau-
sarum aut in provisione posteri temporis aut in praeteriti discepta-
tione versatur; quorum alterum deliberationis est, alterum iudicii.
70 Ex qua partitione tria genera causarum exstiterunt: unum, quod a
meliori parte laudationis est appellatum, deliberationis alterum,
tertium iudiciorum. Quamobrem de primo primum, si placet, dis-
putemus. C. F. Mihi vero placet.
21 C. P. Ac laudandi vituperandique rationes, quae non ad bene
dicendum solum, sed etiam ad honeste vivendum valent, exponam
breviter atque a principiis exordiar et laudandi et vituperandi.
71 Omnia enim sunt profecto laudanda, quae coniuncta cum virtute
sunt, et quae cum vitiis, vituperanda. Quamobrem finis alterius
est honestas, alterius turpitudo. Conficitur autem genus hoc di-
ctionis narrandis exponendisque factis sine ullis argumentationi-
bus, ad animi motus leniter tractandos magis quam ad fidem fa-
ciendam aut confirmandam accommodate. Non enim dubia fir-
mantur, sed ea, quae certa aut pro certis posita sunt, augentur.
Quamobrem ex eis, quae ante dicta sunt, et narrandi et augendi
72 praecepta repetentur. Et quoniam in his causis omnis ratio
fere ad voluptatem auditoris et ad delectationem refertur, utendum
erit eis in oratione singulorum verborum insignibus, quae habent

II. Die *causa*, die ὑπόϑεσις 20, 69—39, 138.

69 *duplex* 3, 10.

70 *tria* Top. 24, 91 tria sunt igitur *genera causarum:* iudicii, deliberationis, laudationis. Aristot. rhet. I 3 (p. 14 Spgl).

1) die *laudatio* (genus demonstrativum) 21, 70—23, 82.

21 *laudandi — rationes* die Regeln oder Gesetze, die hinsichtlich des Lobens und Tadelns zu beobachten sind, ad Her. I 2, 2; III 6, 10 ff. de inv. I 5, 7 demonstrativum quod tribuitur in alicuius certae personae laudem aut vituperationem. II 51, 156; 59, 177 f. de or. I 31, 141; II 84, 341 ff.

71 *finis* Top. 24, 91 laudationis fides honestas; de inv. II 51, 156 in demonstrativo (Aristoteli placet esse finem) honestatem (τὸ καλόν Aristot. rhet. I 3).

turpitudo τὸ αἰσχρόν Aristot. l. l.

conficitur 13, 46.

ad fidem faciendam — welches eben durch die argumentationes geschieht 9, 33; 2, 5.

ad confirmandam — oder die bereits vorhandene Ueberzeugung zu kräftigen und zu stärken.

ante 9, 31; 15, 53 ff.

72 *ad voluptatem* — auf den ästhetischen Genuss ankommt.

in oratione ἐν τῇ λέξει ‚in der Darstellung‘.

singulorum verborum insignibus oder luminibus — die σχήματα λέξεως 6, 19; 13, 47. Or. 39, 135 eadem ratio est

plurimum suavitatis; id fit, si factis verbis aut vetustis aut translatis frequenter utamur, et ipsa constructione verborum, ut paria paribus et similia similibus saepe referantur, ut contraria, ut geminata, ut circumscripta numerose, non ad similitudinem versuum, sed ad explendum aurium sensum apto quodam quasi verborum
modo. Adhibendaque frequentius etiam illa ornamenta rerum 73
sunt, sive quae admirabilia et nec opinata sive significata monstris, prodigiis, oraculis, sive quae videbuntur ei, de quo agemus, cecidisse divina atque fatalia. Omnis enim exspectatio eius, qui audit, et admiratio et improvisi exitus habent aliquam in audiendo voluptatem. Sed quoniam tribus in generibus bona malave versan- 22, 74
tur, externis, corporis et animi, prima sint externa, quae ducuntur a genere; quo breviter modiceque laudato aut, si erit infame, praetermisso, si humile, vel praeterito vel ad augendam eius, quem laudes, gloriam accito, deinceps, si res patietur, de fortunis erit et facultatibus dicendum. Postea de corporis bonis; in quibus qui-

horum quae sunt orationis lumina et quodammodo *insignia.*

suavitatis 6, 21.

factis 7, 23; 15, 53. de or. III 38, 152 tria sunt igitur *in verbo simplici,* quae orator adferat ad illustrandam atque exornandam orationem: aut inusitatum (priscum, vetustum) verbum aut novatum (factum) aut translatum.

et ipsa constructione durch die lumina *verborum* wird die suavitas hervorgebracht, sowol mittels der Wahl neuer oder ungewöhnlicher oder metaphorischer Ausdrücke, als auch mittels der blossen Wortfügung, sei es durch Anwendung oratorischer Antithesen und dergleichen oder durch den oratorischen Rhythmus de or. I 5, 17 et ipsa oratio conformanda non solum electione, sed etiam *constructione verborum.* Or. 24, 80; 25, 83; 39, 135; 44, 149 collocabuntur igitur verba, aut ut forma ipsa *concinnitasque verborum* conficiat orbem suum, aut ut comprehensio numerose et apte cadat.

paria 6, 21; Or. 12, 38 elaboratur, ut verba verbis quasi dimensa et paria respondeant; 19, 65 paria paribus referunt, also durch Anwendung des oratorischen Parallelismus.

contraria 6, 21, *ἀντίθετα*, durch Anwendung oratorischer Antithesen. Or. 12, 38.

geminata 15, 52; 6, 21.

circumscripta numerose 6, 19 durch rhythmisch-abgerundeten Satzbau Or. 12, 38 circumscripti verborum ambitus; 44, 149; 61, 207 in eo quod appellamus *ἐπιδεικτικόν* placet omnia dici Isocrateo Theopompeoque more illa *circumscriptione* ambituque.

non ad similitudinem versuum denn das ist ein Fehler de or. III 44, 175 versus in oratione si efficitur coniunctione verborum vitium est, et tamen eam coniunctionem sicuti versum numerose cadere — volumus, nach dem aristotelischen Grundsatz (rhet. III 8) *ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μή.* Or. 20, 67; 51, 172; 56, 189; 57, 194.

ad explendum etc. 6, 18 um den Gehörsinn zu befriedigen, der einen gewissen Abschluss verlangt.

quasi wegen der Vergleichung mit dem Versmass: ,durch eine gewisse rhythmische Abmessung der fest gegliederten, wolgefügten (apta) Worte, die mit dem Versmass verglichen werden kann.

73 *ornamenta rerum* 6, 19; 13, 47.

admirabilia 6, 22.

22, 74 *tribus* 11, 38.

prima sint s. d. krit. Anhang.

a genere 10, 35.

accito (oder ascito) im Gegensatz von praeterito, ,ausdrücklich data opera herbeigezogen' s. d. krit. Anhang.

si res patietur 16, 55 si causa patitur.

dem, quae virtutem maxime significat, facillime forma laudatur.
75 Deinde est ad facta veniendum, quorum collocatio triplex est: aut
enim temporum servandus est ordo aut in primis recentissimum
quodque dicendum aut multa et varia facta in propria virtutum
genera sunt digerenda. Sed hic locus virtutum atque vitiorum la-
tissime patens ex multis et variis disputationibus nunc in quamdam
76 angustam et brevem concludetur. Est igitur vis virtutis duplex:
aut enim scientia cernitur virtus aut actione. Nam quae pruden-
tia, quae calliditas quaeque gravissimo nomine sapientia appellatur,
haec scientia pollet una. Quae vero moderandis cupiditatibus re-
gendisque animi motibus laudatur, eius est munus in agendo; cui
temperantiae nomen est. Atque illa prudentia in suis rebus dome-
77 stica, in publicis civilis appellari solet. Temperantia autem in suas
itidem res et in communes distributa est duobusque modis in rebus
commodis discernitur, et ea quae absunt non expetendo et ab eis
quae in potestate sunt abstinendo. In rebus autem incommodis est

75 *temporum* etc. 4, 12.

digerenda de or. I 42, 190 ut primum omne ius civile in genera digerat.

ex — das umfangreiche Kapitel de virtutibus et vitiis (*ἐπείπερ οἰκειότατος ὁ περὶ τοὺς ἐπαίνους τόπος* Aristot. rhet. I 5 (p. 23 Spgl) soll hier nicht weitläufig und ausführlich behandelt, sondern nur in einer kurzen und beschränkten Uebersicht dargelegt werden.

76 *duplex* nach der aristotelischen (Aristot. ethic. I 13) Einteilung, der unter andern auch Panätius folgte (Diog. Laert. VII 92 *Παναίτιος μὲν οὖν δύο φησὶν ἀρετάς, θεωρητικὴν καὶ πρακτικήν*), indem er von den vier Kardinaltugenden die prudentia (*φρόνησις*) als die eine theoretische, die drei andern: die temperantia (*σωφροσύνη*), fortitudo (*ἀνδρεία*) und iustitia (*δικαιοσύνη*) als die praktischen aufzälte. Aehnlich hier Cicero, nur dass er die praktischen Tugenden unter den Hauptbegriff der temperantia bringt und dieser die übrigen praktischen Tugenden unterordnet. Vgl. Aristot. rhet. I 9; de off. II 5, 18; de or. II 84, 343 f. de inv. II 53, 159 ff. ad Her. III 3, 4 ff.

scientiâ — Zu der Reihe der dianoetischen Tugenden (*ἐπιστῆμαι*) rechnet Cic. hier: 1) die *prudentia* (*φρόνησις*) als ‚rerum bonarum et malarum neutrarumque scientia‘ (de inv. l. l.) mit ihren beiden Unterabteilungen als a) prudentia domestica und als b) prudentia civilis; 2) die *calliditas* die Klugheit im engeren Sinn (Schlauheit *ἀγχίνοια*) und 3) die *sapientia* (*σοφία*).

temperantiae de inv. II 54, 164 temperantia est rationis in libidinem atque in alios non rectos impetus animi firma et moderata dominatio. Hier wird sie im umfassendsten Sinn als die eine praktische Haupt- und Kardinaltugend betrachtet, die alle übrigen praktischen Kardinaltugenden unter sich befasst. Diese temperantia zeigt sich 1) im Subject an sich und hier wieder a) in rebus commodis α) als Begehrungslosigkeit und β) als Enthaltsamkeit, b) in rebus incommodis α) als *fortitudo* und β) als *patientia;* in den beiden letztgenannten offenbart sich die *magnitudo animi*, besonders als liberalitas und altitudo animi; 2) im Verhalten zu andern als *iustitia* mit ihren Unterabteilungen.

77 *itidem* wie die prudentia.

in rebus commodis — wo es sich um Annehmlichkeiten handelt; in rebus incommodis in misslicher Lage, in rebus arduis in Widerwärtigkeiten.

quae absunt de or. II 11, 46 si non habuerit, sapienter caruisse.

quae in potestate sunt was man haben (geniessen) kann.

itidem duplex: nam quae venientibus malis obstat, fortitudo, quae
quod iam adest tolerat et perfert, patientia nominatur. Quae au-
tem haec uno genere complectitur, magnitudo animi dicitur; cuius
est liberalitas in usu pecuniae, simulque altitudo animi in capien-
dis incommodis et maxime iniuriis; et omne, quod est eius gene-
ris, grave, sedatum, non turbulentum. In communione autem quae 78
posita pars est, iustitia dicitur, eaque erga deos religio, erga pa-
rentes pietas, vulgo autem bonitas, creditis in rebus fides, in mo-
deratione animadvertendi lenitas, amicitia in benevolentia nomina-
tur. Atque hae quidem virtutes cernuntur in agendo. Sunt autem 23
aliae quasi ministrae comitesque sapientiae; quarum altera, quae
sint in disputando vera atque falsa quibusque positis quid sequatur,
distinguit et iudicat, quae virtus omnis in ratione scientiaque di-
sputandi sita est: altera autem oratoria. Nihil est enim aliud elo- 79
quentia nisi copiose loquens sapientia; quae ex eodem hausta ge-
nere, quo illa, quae in disputando est, uberior est atque latior et

fortitudo de inv. II 54, 163 est considerata periculorum susceptio et laborum perpessio.

patientia de inv. l. l. est honestatis aut utilitatis causa rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpessio.

uno genere unter éinem Gesamtbegriff.

magnitudo animi de or. II 84, 344 qua omnes res humanae tenues ac pro nihilo putantur.

altitudo animi Hochherzigkeit.

capiendis wie sonst suscipiendis im willigen Ertragen von Widerwärtigkeiten und Beleidigungen.

et omne zur magnitudo animi gehört überhaupt alles, was sich in den erwähnten Beziehungen als würdevolles, gelassenes uud unerschütterliches Wesen beweist.

78 *in communione* im Verhalten gegen andere de off. I 7, 20 ea ratio, qua societas hominum inter ipsos et vitae quasi communitas continetur; cuius partes duae: iustitia — et huic coniuncta beneficentia.

vulgo gegen alle Menschen insgemein.

bonitas de off. III 6, 28; de fin. V 23, 65.

23 *aliae* etc. Zu den virtutes διανοίας (22, 76) und zwar zur sapientia gehören im weiteren Sinn als deren Gehülfinnen auch ἡ διαλεκτική und ihr entsprechendes Gegenstück (ἀντίστροφος Aristot. rhet. I 1, 1) ἡ ῥητορική.

vera ac falsa 40, 139; de or. II 38, 157 artem se tradere bene disserendi et *vera ac falsa diiudicandi*, quam verbo Graeco διαλεκτικὴν appellaret. Top. 2, 6. Tusc. V 25, 72 sequitur — quae per omnes partes *sapientiae* manat et funditur, quae rem definit, genera dispertit, sequentia adiungit, perfecta concludit, vera et falsa diiudicat, *disserendi ratio et scientia* Brut. 41, 152. Or. 4, 16.

quibusque positis etc. 40, 139 aus was für Obersätzen welche Schlussfolgerungen zu ziehen seien Brut. 41, 152 postremo habere regulam, qua vera et falsa iudicarentur et quae quibus propositis essent quaeque non essent consequentia. de or. II 53, 215 id quod concludere illi velint non effici ex propositis nec esse consequens.

oratoria de or. I 18, 83 ipsam *eloquentiam*, quod ex bene dicendi *scientia* constaret, unam quandam esse *virtutem* behauptete Mnesarchus, ein Schüler des Stoikers Panätius III 18, 65; 14, 55 est enim eloquentia una quaedam de summis virtutibus.

79 *disputando* Or. 32, 113 *disputandi* ratio et loquendi dialecticorum sit, oratorum dicendi et orandi.

uberior 40, 139; Or. 32, 113 f Zeno quidem ille, a quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter has artes interesset: nam

ad motus animorum vulgique sensus accommodatior. Custos vero virtutum omnium dedecus fugiens laudemque maxime consequens verecundia est. Atque hi sunt fere quasi quidam habitus animi sic adfecti et constituti, ut sint singuli inter se proprio virtutis genere distincti; a quibus ut quaeque res gesta est, ita sit honesta necesse
80 est summeque laudabilis. Sunt autem alii quidam perfecti animi habitus ad virtutem quasi praeculti et praeparati rectis studiis et artibus; ut, in suis rebus studia litterarum, ut numerorum ac sonorum, ut mensurae, ut siderum, ut equorum, ut venandi, ut armorum; in communibus propensiora studia in aliquo genere vir-

cum compresserat digitos pugnumque fecerat, *dialecticam* aiebat eiusmodi esse, cum autem diduxerat et manum dilataverat, palmae illius similem *eloquentiam* esse aiebat atque etiam ante hunc Aristoteles principio artis rhetoricae dicit illam artem quasi ex altera parte respondere dialecticae, ut hoc videlicet differant inter se, quod haec *ratio dicendi latior* sit, illa loquendi contractior. de fin. II 6, 17. Brut. 31, 120.

custos vero 1, 3; Plaut. Most. I 2, 59 f haec (sc. ignavia) *verecundiam* mi et virtutis modum deturbavit detexitque a me ilico, wol auch noch ein besonderer Wink für den jungen Cicero 24, 83 s. Einl. § 7, 34.

hi etc. Cic. führt neben den eigentlichen κατ' ἐξοχὴν so genannten virtutes animi, die bei der laudatio in Betracht kommen, weiter auch noch andere Vorzüge theoretischer und praktischer Fähigkeiten (artes) an.

habitus ἕξεις καὶ διαθέσεις τῆς ψυχῆς: die bisher angeführten Tugenden sind gleichsam gewisse Zustände oder Beschaffenheiten der Seele, die so gestimmt und gestellt ist, dass jeder einzelne dieser Zustände eben durch die besondere Gattung der Tugend, die ihm eigen ist, vom anderen unterschieden ist de inv. II 53, 159.

adfecti 10, 35.

a quibus — von dem der an sich sapiens, temperans, fortis, iustus ist, trägt auch jedesmal die betreffende Handlung notwendig den Charakter des honestum, der Tugend, an sich und ist als solche summe laudabilis.

